

CELEBRATIO EUCHARISTICA  
QUINTO DIE NOVENDIALIUM  
A CAPPELLA PAPALI

BASILICA VATICANA  
XXX APRILIS MMXXV




# RITUS INITIALES

## Antiphona ad introitum


*Omnes:*

*Cf. 4 Esdr 2, 34-35*


VI



℞. Ré-qui- em \* æ- tér- nam do- na e- i,



Dómi- ne, et lux perpé- tu- a lú- ce- at



e- i.

*Schola:*

*Ps 64, 2-5*

1. Te decet hymnus, Deus, in Sion;  
et tibi reddétur votum in Ierúsalem. ℞.
2. Qui audis oratiónem,  
ad te omnis caro véniet propter iniquitátem. ℞.
3. Etsi prævaluérunt super nos impietátes nostræ,  
tu propitiáberis eis. ℞.
4. Beátus, quem elegísti et assumpsísti;  
inhabitábit in átriis tuis. ℞.
5. Replébimur bonis domus tuæ,  
sanctitáte templi tui. ℞.

*Celebrans:*

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

**R.** Amen.

Pax vobis.

**R.** Et cum spíritu tuo.

### **Actus pænientialis**

*Celebrans:*

Fratres, agnoscámus peccáta nostra,  
ut apti simus ad sacra mystéria celebránda.

*Fit brevis pausa silentii.*

*Celebrans:*

Miserére nostri, Dómine.

**R.** Quia peccávimus tibi.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

**R.** Et salutáre tuum da nobis.

*Celebrans:*

Misereátur nostri omnípotens Deus  
et, dimíssis peccátis nostris,  
perdúcat nos ad vitam ætérrnam.

**R.** Amen.

Kyrie  
(XVI)

III

*Schola:* *Populus:*

Ký-ri- e, \* e- lé- i-son. Ký-ri- e, e- lé- i-

*Schola:* *Populus:*

son. Chris-te, e- lé- i-son. Chris-te, e- lé- i-son.

*Schola:* *Populus:*

Ký-ri- e, e- lé- i-son. Ký-ri- e, e- lé- i-son.

## Collecta

### *Celebrans:*

Orémus.

Deus, fidélis remunerátor animárum,  
præsta, ut defúnctus  
fámulus tuus Papa Francíscus,  
quem Petri constituísti successórem  
et Ecclésiæ tuæ Pastórem,  
grátia et miseratiónis tuæ mystériis,  
quæ fidénter dispensávit in terris,  
lætánter apud te perpétuo fruátur in cælis.  
Per Dóminum nostrum  
Iesum Christum Fílium tuum,  
qui tecum vivit et regnat  
in unitáte Spíritus Sancti, Deus,  
per ómnia sæcula sæculórum.

**R.** Amen.

*Preghiamo.*

*O Dio, che dai la giusta  
ricompensa agli operai  
del Vangelo, accogli nel  
tuo regno il tuo servo, il  
Papa Francesco, che hai  
costituito successore di  
Pietro e Pastore della tua  
Chiesa, e donagli la gioia  
di contemplare in eter-  
no i misteri della grazia  
e della misericordia che  
sulla terra ha fedelmente  
dispensato al tuo popolo.  
Per il nostro Signore Gesù  
Cristo, tuo Figlio, che è  
Dio, e vive e regna con  
te, nell'unità dello Spirito  
Santo, per tutti i secoli dei  
secoli.*

# LITURGIA VERBI

## Lectio prima

*Mi hai fatto conoscere le vie della vita.*


Dagli Atti degli Apostoli

2, 14. 22b-28

[Nel giorno di Pentecoste,] Pietro con gli Undici si alzò in piedi e a voce alta parlò così:

«Uomini d’Israele, ascoltate queste parole: Gesù di Nàzaret – uomo accreditato da Dio presso di voi per mezzo di miracoli, prodigi e segni, che Dio stesso fece tra voi per opera sua, come voi sapete bene –, consegnato a voi secondo il prestabilito disegno e la prescienza di Dio, voi, per mano di pagani, l’avete crocifisso e l’avete ucciso.

Ora Dio lo ha risuscitato, liberandolo dai dolori della morte, perché non era possibile che questa lo tenesse in suo potere. Dice infatti Davide a suo riguardo: “Contemplavo sempre il Signore innanzi a me; egli sta alla mia destra, perché io non vacilli. Per questo si rallegrò il mio cuore ed esultò la mia lingua, e anche la mia carne riposerà nella speranza, perché tu non abbandonerai la mia vita negli inferi né permetterai che il tuo Santo subisca la corruzione. Mi hai fatto conoscere le vie della vita, mi colmerai di gioia con la tua presenza”».



Parola di Di - o. **R.** Rendiamo grazie a Di - o.


## Psalmus responsorius

*Psalmista:*

Ps 22

1. Dóminus pascit me, \*  
et nihil mihi déerit:

*Omnes:*



℞. In lo-co páscu- æ i-bi me collo-cá- vit.

2. Super aquas quiétis edúxit me, \*  
ánimam meam refécit. ℞.

3. Dedúxit me super sémitas iustítiae \*  
propter nomen suum. ℞.

4. Nam et si ambulávero in valle umbræ mortis,  
non timébo mala, \*  
quóniam tu mecum es. ℞.

5. Virga tua et báculo tuus, \*  
ipsa me consoláta sunt. ℞.

6. Parásti in conspéctu meo mensam \*  
advérsus eos, qui tribulant me. ℞.

7. Impinguásti in óleo caput meum, \*  
et calix meus redúndat. ℞.

8. Etenim benígnitas et misericórdia subsequéntur me \*  
ómni-bus diébus vitæ meæ. ℞.

9. Et inhabitábo in domo Dómini \*  
in longitúdinem diérum. ℞.



## Versus ante Evangelium

*Schola:*

II



*Omnes:* Allelúia, allelúia, allelúia.

*Schola:*

Ap 14, 13

Beáti mórtui qui in Dómino moriúntur;  
requiúscant a labóribus suis;  
ópera enim illórum sequúntur illos.

*Omnes:* Allelúia, allelúia, allelúia.

## Evangelium

*Voi siete quelli che avete perseverato con me nelle mie prove  
e io preparo per voi un regno.*

*Diaconus:*

Il Signore sia con voi.

℞. E con il tuo spirito.

✠ Dal Vangelo secondo Luca

22, 25-32

℞. Gloria a te, o Signore.

In quel tempo, Gesù disse ai suoi discepoli:

«I re delle nazioni le governano, e coloro che hanno potere su di esse sono chiamati benefattori. Voi però non fate così; ma chi tra voi è più grande diventi come il più giovane, e chi governa come colui che serve. Infatti chi è più grande, chi sta a tavola o chi serve? Non è forse colui che sta a tavola? Eppure io sto in mezzo a voi come colui che serve.

Voi siete quelli che avete perseverato con me nelle mie prove e io preparo per voi un regno, come il Padre mio l'ha preparato per me, perché mangiate e beviate alla mia mensa nel mio regno. E siederete in trono a giudicare le dodici tribù d'Israele.

Simone, Simone, ecco: Satana vi ha cercati per vagliarvi come il grano; ma io ho pregato per te, perché la tua fede non venga meno. E tu, una volta convertito, conferma i tuoi fratelli».



Pa-ro-la del Si-gno-re. ℞. Lo-de a te, o Cri-sto.

## Homilia

## Oratio universalis seu oratio fidelium

### *Celebrans:*

Fratelli carissimi, affidiamo alla misericordia di Dio il nostro defunto Papa Francesco, e invochiamo benedizione e grazia per la Chiesa e per il mondo.

### *Cantor et omnibus respondentibus:*



Noi ti pre-ghia-mo. **R.** A-scol-ta - ci, Si-gno - re.

### *Lectores:*

1. Dona al defunto Papa Francesco la ricompensa per il bene compiuto a servizio del Vangelo e la gioia della perfetta comunione con te. **R.**
2. Custodisci la Chiesa nella vera fede, concedile consolazione e pace, e rendila disponibile all'azione della grazia. **R.**
3. Accorda al mondo intero la giustizia e la pace, confondi i progetti di guerra e di odio, e vinci la durezza dei cuori. **R.**
4. Converti i peccatori, infondi la fede agli increduli e raduna i tuoi figli nell'abbraccio del tuo amore. **R.**
5. Sostieni i cristiani perseguitati, conforta quanti sono nel dolore e apri le porte del paradiso ai nostri defunti. **R.**

### *Celebrans:*

O Dio, che nel tuo Figlio Gesù, hai manifestato il tuo volto di misericordia, ascolta la nostra umile preghiera e rinnova i prodigi del tuo amore, perché nella vita e nella morte possiamo sentire la tua dolce presenza. Per Cristo nostro Signore.

**R.** Amen.



# LITURGIA EUCHARISTICA

## Cantus ad offertorium

DOMINE, IESU CHRISTE

### *Schola:*

Dómine, Iesu Christe, Rex glóriæ,  
líbera ánimas ómnium fidélium defunctórum  
de pœnis inférni et de profúndo lacu:  
líbera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus,  
ne cadant in obscúrum:  
sed sígnifer sanctus Míchael repræséntet eas in lucem sanctam:  
Quam olim Abrahæ promisísti et sémini eius.

### *Celebrans:*

Oráte, fratres:  
ut meum ac vestrum sacrificium  
acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

℞. Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis  
ad laudem et glóriam nóminis sui,  
ad utilitátem quoque nostram  
totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

## Super oblata

### *Celebrans:*

Quæsumus, Dómine,  
ut, per hæc piæ placatiónis offícia,  
ánimam fámuli tui Papæ Francísci  
beáta retribútio comitétur,  
et misericórdia tua  
nobis grátia dona concíliet.  
Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

*Per questo sacrificio di  
riconciliazione, concedi,  
o Signore, la ricompensa  
dei beati al tuo servo e  
nostro Papa Francesco e  
accorda a noi i tuoi doni  
di grazia.*

*Per Cristo nostro Signore.*

## PREX EUCHARISTICA III

### Præfatio

#### De vita terrena ad gloriam cælestem

##### *Celebrans:*

Dóminus vobíscum.

*Il Signore sia con voi.*

℞. Et cum spírítu tuo.

*E con il tuo spírítu.*

Sursum corda.

*In alto i nostri cuori.*

℞. Habémus ad Dóminum.

*Sono rivolti al Signore.*

Grátias agámus Dómino Deo nostro.

*Rendiamo grazie al Signore nostro Dio.*

℞. Dignum et iustum est.

*È cosa buona e giusta.*

Vere dignum et iustum est  
æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater,  
omnípotens ætérne Deus:

*È veramente cosa buona e giusta, nostro dovere e fonte di salvezza, rendere grazie sempre e in ogni luogo a te, Signore, Padre santo, Dio onnipotente ed eterno.*

Cuius império nâscimur,  
cuius arbítrio régimur,  
cuius præcépto in terra,  
de qua sumpti sumus,  
peccáti lege absólvimur.  
Et, qui per mortem Fílii tui  
redémpti sumus,  
ad ipsíus resurrectiónis glóriam  
tuo nutu excitámur.


*Sei tu, Signore, che ci dai la vita e ci sostieni con la tua provvidenza; e se a causa del peccato il nostro corpo ritorna alla terra, dalla quale lo hai formato, per la morte redentrice del tuo Figlio la tua potenza ci risveglia alla gloria della risurrezione.*

Et ideo,  
cum Angelórum atque Sanctórum turba,  
hymnum laudis tibi cánimus,  
sine fine dicétes:

*Per questo mistero di sal-  
vezza, con la moltitudine  
degli angeli e dei santi,  
cantiamo senza fine l'inno  
della tua lode:*

### Sanctus (XVIII)

*Schola: Populus:*



Sanctus, \* Sanctus, Sanctus Dómi-nus De- us

*Schola:*



Sá-ba- oth. Ple- ni sunt cæ- li et terra gló- ri- a

*Populus:*

*Schola:*



tu- a. Ho- sánna in excél- sis. Be- ne- díctus qui ve-

*Populus:*



nit in nómi- ne Dómi- ni. Ho- sánna in excél- sis.



*Celebrans:*

Vere Sanctus es, Dómine,  
et mérito te laudat omnis a te cóndita creatúra,  
quia per Fílium tuum,  
Dóminum nostrum Iesum Christum,  
Spíritus Sancti operánte virtúte,  
vivíficas et sanctíficas univérsa,  
et pópulum tibi congregáre non désinis,  
ut a solis ortu usque ad occásum  
oblátio munda offerátur nómini tuo.

*Celebrans et omnes concelebrantes:*

Súpplices ergo te, Dómine, deprecámur,  
ut hæc múnera, quæ tibi sacránda detúlimus,  
eódem Spíritu sanctificáre dignéris,  
ut Corpus et ✠ Sanguis fiant  
Fílii tui Dómini nostri Iesu Christi,  
cuius mandáto hæc mystéria celebrámus.

Ipse enim in qua nocte tradebátur  
accépit panem  
et tibi grátias agens benedíxit,  
fregit, dedítque discíplis suis, dicens:

ACCÍPITE ET MANDUCÁTE EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.

*Concelebrantes iungunt, ad elevationem hostiam apiciunt, ac postea profunde se inclinant.*

Símili modo, postquam cenátum est,  
accípiens cálicem  
et tibi grátias agens benedíxit,  
dedítque discípu- lis suis, dicens:

ACCÍPITE ET BÍBITE EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNÍ TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.


HOC FÁCITE IN MEAM COMMÉMORATIÓNEM.

*Concelebrantes iungunt, ad elevationem calicem apiciunt, ac postea profunde se inclinant.*

*Celebrans:*

Mystérium fidei.

*Omnes:*



Mortem tu- am annunti- ámus, Dó-mi-ne, et tu- am  
re-surrecti- ónem confi- témur, do- nec vé-ni- as.

*Celebrans et omnes concelebrantes:*

Mémores ígitur, Dómine,  
eiúsdem Fílii tui salutíferæ passiónis  
necnon mirábilis resurrectiónis  
et ascensiónis in cælum,  
sed et præstolántes álterum eius advéntum,  
offérimus tibi, grátias referéntes,  
hoc sacrificium vivum et sanctum.

Réspice, quæsumus, in oblatiónem Ecclésiæ tuæ  
et, agnóscens Hóstiam,  
cuius voluísti immolatióne placári,  
concéde, ut qui Córporè et Sáanguine Fílii tui refícimur,  
Spíritu eius Sancto repléti,  
unum corpus et unus spíritus inveniámur in Christo.

*Unus e concelebrantibus:*

Ipse nos tibi perfíciat munus ætérnum,  
ut cum eléctis tuis hereditátem cónsequi valeámus,  
in primis cum beatíssima Vírgine, Dei Genetríce, María,  
cum beáto Ioseph, eius Sponso,  
cum beátis Apóstolis tuis et gloriósis Martýribus,  
et ómnibus Sanctis  
quorum intercessióne  
perpétuo apud te confídimus adiuvári.

*Alius e concelebrantibus:*

Hæc Hóstia nostræ reconciliatiónis proficiat,  
quæsumus, Dómine,  
ad totíus mundi pacem atque salútem.  
Ecclésiám tuam, peregrinántem in terra,  
in fide et caritáte firmáre dignéris  
cum episcopáli órđine et univérso clero  
et omni pópulo acquisitionis tuæ.


Votis huius familiæ, quam tibi astare voluisti,  
adesto propitius.

Omnes filios tuos ubique dispersos  
tibi, clemens Pater, miseratus coniunge.


Meménto famuli tui Papæ Francisci,  
quem ad te ex hoc mundo vocasti.  
Concede, ut, qui complantatus fuit  
similitudini mortis Filii tui,  
simul fiat et resurrectionis ipsius,  
quando mortuos suscitabit in carne de terra  
et corpus humilitatis nostræ  
configurabit corpori claritatis suæ.

Sed et fratres nostros defunctos,  
et omnes qui, tibi placentes,  
ex hoc sæculo transierunt,  
in regnum tuum benignus admitte,  
ubi fore speramus,  
ut simul glória tua perenniter satiemur,  
quando omnem lacrimam absterges  
ab oculis nostris,  
quia te, sicuti es, Deum nostrum videntes,  
tibi similes erimus cuncta per sæcula,  
et te sine fine laudabimus,  
per Christum Dóminum nostrum,  
per quem mundo bona cuncta largiris.

*Celebrans et omnes concelebrantes:*



Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est ti-bi



De-o Pa-tri omni-po-ténti, in u-ni-tá-te Spí-ri-tus




Sancti, omnis ho-nor et gló-ri-a per ómni-a



sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum.

*Omnes:*



A-men.



## RITUS COMMUNIONIS

### *Celebrans:*

Præcéptis salutáribus móniti,  
et divína institutióne formáti,  
audémus dícere:

### *Celebrans cum omnibus:*

Pater noster, qui es in cælis:  
sanctificétur nomen tuum;  
advéniat regnum tuum;  
fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra.  
Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie;  
et dimítte nobis débíta nostra,  
sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris;  
et ne nos indúcas in tentatióne;  
sed líbera nos a malo.

### *Celebrans:*

Líbera nos, quésumus, Dómine, ab ómnibus malis,  
da propítius pacem in diébus nostris,  
ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti,  
et a peccáto simus semper líberi  
et ab omni perturbatióne secúri:  
exspectántes beátam spem  
et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi.

**R.** Quia tuum est regnum,  
et potéstas, et glória in sæcula.

*Celebrans:*

Dómine Iesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis:  
Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis:  
ne respicias peccáta nostra,  
sed fidem Ecclésiæ tuæ;  
eámque secúndum voluntátem tuam  
pacificáre et coadunáre dignéris.  
Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

*R.* Amen.

*Celebrans:*

Pax Dómini sit semper vobíscum.

*R.* Et cum spíritu tuo.


*Diaconus:*

Offérte vobis pacem.



## Agnus Dei (XVIII)


*Schola:*



Agnus De- i, \* qui tol-lis peccá-ta mundi:

*Populus:*

*Schola:*



mi-se-ré-re no- bis. Agnus De- i, \* qui tol-lis pec-

*Populus:*

*Schola:*



cá-ta mundi: mi-se-ré-re no- bis. Agnus De- i, \*

*Populus:*



qui tol-lis peccá-ta mundi: do-na no-bis pa- cem.

*Celebrans:*

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.  
Beáti qui ad cenam Agni vocáti sunt.


**R.** Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum,  
sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

## Antiphona ad communionem


*Omnes:*

4 Esdr 2, 35

VIII



℞. Lux æ-térna \* lú-ce- at e- i, Dómi-ne,



cum Sanctis tu- is in æ-térnum, qui- a pi- us es.

*Schola:*

Ps 129

1. De profúndis clamávi ad te, Domine;  
Dómine, exáudi vocem meam. ℞.
2. Fiant aures tuæ intendéntes  
in vocem deprecatiónis meæ. ℞.
3. Si iniquitátes observáveris, Dómine,  
Dómine, quis sustinébit? ℞.
4. Quia apud te propitiátio est,  
ut timeámus te. ℞.

## Post Communionem

### *Celebrans:*

Orémus.

Divínæ tuæ communiónis  
refécti sacraméntis,  
quáesumus, Dómine,  
ut fámulus tuus Papa Francíscus,  
quem Ecclésiæ tuæ  
visibile voluisti fundaméntum  
unitátis in terris,  
beatitúdini gregis tui felíciter aggregétur.  
Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

*Preghiamo.*

*Nutriti dai sacramenti  
che ci rendono parteci-  
pi della tua comunione,  
ti chiediamo, o Signore,  
che il tuo servo, il Papa  
Francesco, da te costituito  
sulla terra fondamento  
visibile dell'unità della  
Chiesa, sia felicemente  
accolto nella beatitudine  
del tuo gregge.*

*Per Cristo nostro Signore.*



## RITUS CONCLUSIONIS

*Celebrans:*

Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Sit nomen Dómini benedíctum.

℞. Ex hoc nunc et usque in sáeculum.

Adiutórium nostrum in nómine Dómini.


℞. Qui fecit cælum et terram.

Benedícat vos omnípotens Deus,  
Pater, ✠ et Fílius, ✠ et Spírítus ✠ Sanctus.

℞. Amen.

*Diaconus:*

Ite, missa est.



℞. De- o grá- ti- as.

CURA ET STUDIO  
OFFICII DE LITURGICIS CELEBRATIONIBUS  
SUMMI PONTIFICIS

*(MMXXV)*





